

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput X

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

die duodecimo Junii, hujus anni cecidisse ajunt. Aliquando miras formas præ se tulit. Humanas anno 1395 exhibuit facies, viriles cum barbis, muliebres cum peplis & crinibus. Christi Cremonæ anno 1240. cum crucis signo. Sed sæpe fallitur, & imaginatio existere fateatur, quod recta negat ratio. Mirabilia interim opera DEI.

CAPUT X.  
DE RORE, MANNA ET  
MELLE.

**R**os ex tenui oritur vapore, frigiditate noctis in aquam resoluto. In plantarum foliis & floribus, levis imprimis & spissis, invenitur; & interdum ultra duos vix elevatur cubitos. Iovis & Lunæ quidam fingunt filiam Διὸς Ἡγάτερ ἔρσσε τρέφει κὴ σελάνυς Δίας. Nam ut Plutarchus inquit πανσέληνον δροσοβόλον ἔστιν ac ideo canes plenilunius ἤμισα ἰχνοκροπίως ἐπιτλχάνουσιν, quoniam rotis frigiditas odorem abolet, nec ἔα εἶν τὰς τῶ ζώων ἀποφορέας, quæ causa est cur διατηρέτος sit ἡ ἀρχὴ τῆ ἔκρας. Plutarchus tradit obesas mulieres, rore pannis aut mollibus yelleribus collecto ac excepto, pinguedinem minuere ac consumere. ἐν φυσικῶις αἰτίαις. Mannam parvarum quarundam apum culicibus crassis similitum opus esse scribit Christophorus Vega, à quibus gregatim arboribus insidentibus, guttatim quasi sudor defluat. Sennertus l. 4. c. 8. vero similitum existimat, dulcedine potius Mannæ allici, quam eam efficere. An illud Ebraeorum idem fuerit cum vulgari, quæritur inter doctos. Convenire plurima videmus: at discrepare in eo, quod ex eo mola fracto aut in mortatio trito fiebant placentulæ. Liquescit omne Sole; etiam Orientale, nisi præveniatur. Vsum ejus pro saccharo legimus ad sitim in potu aqua soluto. Nomadicis

cis pastoribus, qui Targæ colunt solitudines. *Scalig. Exer. 164.* Inter illas quæ ex frondibus colliguntur, Calabrienſis præſtantiffima cenſetur, illa præſertim quæ ex Oenotriæ quodam loco, in quem ſingulis æſtibus deſcendit & ab omnibus excerpitur, deſertur. *Braſavol. in exam. ſimplie.* Hunc locum Reges Neapolitani olim occluſerant, ne quis ſine veſtigali aſſumeret. Occluſo loco deſiit manna, nec deſcendit. Eo recluſo & veſtigali remoto, iterum deſcendere cœpit. Sed ruruſum clauſo & recluſo, & poſtea clauſo ceſſavit, ita ut Reges poſtea liberum locum reliquerint, & omnibus colligere permiferint. Idem ſcribitur de Tragafæo ſale in Epiro, cui cum veſtigal injunxiſſet Lyſimachus, evanuit, mox dempto, ſuccevit. *Calig. Rhodig. l. 9. c. 1.* Mel mannae affine eſt. Venit hoc ex aère: & maxime ſyderum ortu, præcipueque ipſo Sirio ſplendefcente fit, nec omnino prius Vergiliarum exortu ſublucanis temporibus. *Plin. lib. 11. c. 12.* Itaque tum prima aurora folia arborum melle roſcida inveniuntur: ac ſi qui matutino ſub dio fuere, undas liquore veſtes, capillumque concretum ſentiunt. Hic ros poſtea ab apibus colligitur, in Veſiculis intra ipſas alteratur, in cellulas puri liquoris inſtar refertur, in quibus poſtea fervet, & calore naturali coquitur. Vi-ceſimo die craſſeſcit, mox obducitur tenui membrana, quæ fervoris ipſius ſpuma concreſcit. *Plin. l. c. 13.* A veſpis quoque fieri ex Ariſtotele *Plinius* docet. A Moluccarum quibuſdam muſcis in arboribus, quæ formicis minores ſunt, Hiſpanicæ referunt navigationes. Copiam præcipue Lituania & Moſcovia habent. Nota de ruſtico in cavitatem quercus melle repletam delapſo ab Urſo extracto, hiſtoria. De melle id accepimus quod de vino raſili ex Ariſtotele: adeo nimirum craſſeſcere, ut nonniſi deaſum bibatur. Sic in Troglodyticæ parte quæ dicitur Belgada, mel candidum adeo, ut nivibus quidem cedat: durum verò quaſi lapis. *Scalig. Exer. 191. f. 1.* Solidum etiam in Calicut, ita ut in Sportis contineatur. Melle ſervantur multa, multa etiam intereunt. Humor enim ei innatus non imbecillis.

bellis. Q  
 lina. Ing  
 ſantem  
 ſia, 1. p  
 er. 173.

T Hæu  
 ad ter  
 ſtas, Hin

Propriet

Colore  
 priore e  
 titi expri  
 ſtrabo ex  
 fieri poſſi  
 nobis co  
 ultra tri  
 be, ſen  
 rorat ſec  
 maribus  
 Exer. 8  
 ceſſerit p  
 alia nob  
 Junio Or  
 poſt in  
 pitom. c.  
 odoratio  
 Exer. 8. 1. f.  
 dum: Nan  
 dæliger. &  
 zanza ſua ſi  
 mittere cen

becillis. Quare ipsum tibi incorruptum corrumpit aliena. Juglandes quidem in eo servant naturam. Peculiari enim humiditati resistunt oleagine; at Ficus Persica, Pyra, Mala, tabo fluida sunt. *Scaliger. Exerc. 179.*

## CAPUT XI. DE IRIDE.

**T**haumantis filiam dixere Iridem Poëta; demissis ad terram cornibus, aquam haurire credidit vetustas, Hinc illud *Virgilii 1. Georg. vers. 138.*

*Et bibit ingens*

*Arcus.*

*Propertius vero lib. 3.*

*Purpureus pluvias cur bibit arcus aquas.*

Colores ejus tam exacti, ut vix artificis possit exprimere manus. Cœruleus aquæ indicium quod præterit exprimere dicitur, ignis alter, quod futurum est. *Strabo citante Rhodig.* Tres & aliquando plures in ea fieri posse existimat Albertus. Dum fir in Meridie, à nobis conspici nequit. Nec enim Iridem videt aliquis ultra tria millia passuum. Nusquam fit ascendente nube, semper vergente ad imum. Illo enim modo non rorat sed cum defluit. *Rhodig. l. 12. l. 12. c. 7.* A Lunariis radiis fieri negat *Celius*, comprobatur *Scalig. Exerc. 80. f. 11.* In *Insula S. Thome*, inquit, si antecesserit pluvia fieri à Luna Iridem cujus color sit quasi alba nebula. Talem *Combachius* anno 1609. mense Junio Oxoniæ vidit; anno verò 1599. media ætate post ingentia fulgura *Wittebergæ. Sennertus l. 4. Epitom. c. 9.* Quantum ad influxum ab Iridis incubatu odoratiore reddi plantas tradunt nonnulli. *Scalig. Exerc. 81. f. 7.* Damnat *Cardanus*: sed tamen vix ridendum: Nam & ad jugi clivum se demississe nubem vidit *Scaliger.* & *Arist.* ipse id asserit, de iis præsertim quæ natura sua flores fundunt odoratiore. Matutinam promittere tempestatem: vespertinam serenam, nautæ & agri-